



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CCLXXIV. Damnatio, & Prohibitio Libri Gallico idiomate impressi sub titulo:
Histoire du livre des Reflexions morales sur le Nouveau Testament, & de
la Constitution Unigenitus. A. Amsterdam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

cenfuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatae exiftunt, ad effectum praefentium dumtaxat conſequendum, harum ferie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negociis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium praepoſitorum conſilio, attentis narratis ad evitanda expoſita inconvenientia, ac aliis juſtis de cauſis, ut in futurum nulli Ordinis hujusmodi Religioſo profeſſo etiam ſub praetextu arctioris vitae, ſeu quovis alio quaſito titulo liceat ad quamcumque aliam Religionem quantumlibet ſtrictiorem tranſire, niſi prius in pleno Diſſinitorio licentiam tranſeundi petierint, eamque per majorem partem ſuffragiorum favorabilium legitime obtinuerint, ac nullum, & inane quidquid ſecus geſtum fuerit, Apoſtolica auctoritate tenore praefentium decernimus; Cognitionem vero Cauſarum praeterſorum gravaminum propter denegationem praedictae licentiae eiſdem Cardinalibus etiam privative quoad alios quoscumque judices, quantumvis ſpecifica, & ſpecialiſſima mentione dignos avocamus, & reſervamus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium praemiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores, praefentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad praemiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcat. die 18. Martii 1659. Pont. noſtri Anno IV.

Hujusmodi Breve ad Provinciam Sancti Antonii in Braſilia extendi petit Provincia- lis.

Concedit Clemens.

Firmitas harum Literarum.

Derogatio contrarium.

§. 2. Quoniam autem dilecti filii moderni Miniſter Provincialis, Cuſtodes, & Diſſiniores Provinciae S. Antonii in Braſilia ejusdem Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de obſervantia Excalceatorum nuncupatorum Nobis nuper expoſui fecerunt, ipſi literas praedictas ad hujusmodi Provinciam per Nos extendi plurimum deſiderant.

§. 3. Nos piis eorumdem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, benigne annuere volentes, ac eorum ſingulares perſonas a quibuiſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatae exiſtunt, ad effectum praefentium dumtaxat conſequendum, harum ferie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, praefertat memorati Alexandri Praedeceſſoris literas, omniaque in illis diſpoſita quoad Provincias SS. Joannis Baptiſtae, & Joſephi dicti Ordinis Regnorum Hiſpaniarum ad Provinciam S. Antonii in Braſilia ejusdem Ordinis auctoritate Apoſtolica tenore praefentium extendimus pariter, & ampliamus.

§. 4. Decernentes eaſdem praefentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniffime ſuffragari, & ab eis inviolabiliter obſervari; Sicque in praemiſſis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & diſſiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienſer, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obſtantibus praemiſſis ac Conſtitu-

tionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Provinciae S. Antonii, ac Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium praemiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores praefentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad praemiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem praefentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonae in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutae munitis eadem proſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quae ipſis praefentibus adhiberetur, ſi forent exhibitae, vel oſtenſae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcat. die 22. Januar. 1740. Pont. noſtri Anno X.

Damnatio, & Prohibitio libri Gallico idiomate impreſſi ſub titulo: *Hiſtoire du livre des Reflexions morales ſur le Nouveau Teſtament, & de la Conſtitution Unigenitus*, A. Amſterdam.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter ceteras Paſtoralis Curae ſollicitudines, quibus premimur aſſidue, illa potiffimum nos urget, ut ad ſuccreſcentia pravarum doctrinarum, atque Haereſum zizania, quae nequitiae operarii in vinea Domini, quae eſt Eccleſia, licentius ſuperſeminare nituntur, & inſuncto Nobis divinitus Apoſtolici muneris debito, quantum cum Domino poſſumus, convellenda jugiter animum intendamus.

§. 1. Ea propter, cum non ſine intimo cordis noſtri dolore accepimus, in lucem prodiiſſe librum quemdam in quatuor Tomos diſtributum Gallico idiomate impreſſum, cui titulus: *Hiſtoire du livre des Reflexions Morales ſur le nouveau Teſtament, & de la Conſtitution -- Unigenitus -- A Amſterdam* -- plures autem Fratres noſtri S. R. E. Cardinales, audita libri hujusmodi cenſura ſibi relata, illum tanquam continentem propoſitiones falſas, captioſas, piarum aurium offenſivas, ſcandaloſas, temerarias, Eccleſiae, & ejus praxi injurioſas, neque in Eccleſiam ſolum, ſed etiam in Poſtates ſaeculi contumelioſas, ſeditioſas, impias, blaſphemias, ſuſpectas de haereſi, ac haereſim iplam ſapientes, necnon haereticiſ, & haereſibus, ac etiam ſchiſmati faventes, erroneas, haereſi proximae, pluries damnatas, ac demum etiam haereticas, variaſque haereſes, & praecipue Janſenianam, ac Queſnellianam manifeſte innovantes, & aſſerentes reſpective, prohibendum, ac condemnandum eſſe cenſuerint.

§. 2. Nos itaque ne Chriſtiſidelium animae aperiſtis mendaciis, ac damnabilibus deceptae opinionibus a veritatis, & Juſticiae ſemita amoveantur; de eorumdem Cardinalium conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicae poteſtatis plenitudine ſupradictum librum ſub ſupra expreſſo, aliove quocumque titulo, ubicumque, & quocumque alio idiomate ſeu quavis editione, aut verſione hucusque impreſſum, aut impoſterum, quod abiſt, imprimendum, tenore praefentium damnamus, & reprobamus, ac legi, ſeu

Tranſumptis danda ſide.

Dat. die 22. Januar. 1740. An. X.

CCLXXIV.

Exordium.

Libellus haereſes Janſenianae, & Queſnellianae innovans erroneſque ſcandalosae propoſitionibus.

Damnatur.

retineri

retineri prohibemus, ipsiusque libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum, omnibus, & singulis Christianis, etiam specificis, & individua mentione dignis, sub pena excommunicationis per contrafacientes, ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam (præterquam a nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente) nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis Beneficium valeat obtinere, omnino interdiciamus.

Exemplaria
locorum Or-
dinaris tra-
denda, ut
flammis con-
signentur.

§. 3. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque librum huiusmodi penes se habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, illum statim, atque præsentem literæ eis innouerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, & consignare teneantur; hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Publicatio
damnationis.

§. 4. Ut autem præsentem literæ omnibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curie generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; sic vero publicatas omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent; ipsarum autem literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 26.
Januar. 1740.
An. X.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Januarii 1740. Pont. nostri Anno X.

CCLXXV.

Damnatio, & Prohibitio cujusdam Libri Gallico idiomate impressi sub titulo - *Histoire du Concile de Trente écrite en Italien par Fra Paolo Sarpi de l'Ordre des Servites, & traduite de nouveau en François avec des notes critiques, historiques, & Théologiques par Pierre François le Courayer, Docteur en Théologie de l'Université d'Oxford, & Chanoine Régulier, & ancien Bibliothécaire de l'Abbaye de Sainte Geneviève de Paris.* A Amsterdam Chez I. Wetstein, & G. Smith. 1736.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

CREDITUM humilitati nostræ divinitus Pastoralis curæ atque vigilantie munus salubriter exequi, adjuvante Domino, satagentes, a perniciosos pravarum Doctrinarum pascuis Dominicum Gregem universum arcere, & Orthodoxæ Fidei puritatem servare, quantum Nobis ex alto conceditur, jugi studio nitimur; ne animæ pretioso Salvatoris & Domini Nostri Jesu Christi sanguine redemptæ pestifera tæbe inficiantur, & in perpetuam damnationis periculum adducantur.

Liber, de quo
in Rubrica,
erroneis, hæ-
reticis que
scatens pro-
positionibus.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, in lucem prodierit quidam Liber Gallico idiomate editus, cui titulus - *Histoire du Concile de Trente écrite en Italien par Fra Paolo Sarpi de l'Ordre des Servites, & traduite de nouveau en François avec des notes critiques, historiques, & Théologiques par Pierre François le Courayer, Docteur en Théologie de l'Université d'Oxford, & Chanoine Régulier, & ancien Bibliothécaire de l'Abbaye de Sainte Geneviève de*

Paris. A Amsterdam Chez I. Wetstein, & G. Smith. 1736. - Venerabiles autem Fratres nostri S. R. E. Cardinales in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores a Sede Apostolica specialiter deputati, audita Libri huiusmodi Censura sibi relata, illum tanquam continentem propositiones falsas, temerarias, scandalosas, captiosas, seditiosas, alias damnatas, omnibus Episcopis, Sanctæ Sedi, totique Catholicæ Ecclesiæ injurias, erroneas, schismaticas, ac hæreticas respective, nec non ad stabiliendum systema Religionis impium, & hæreticum tendentes, prohibendum & damnandum esse censuerint.

§. 2. Hinc est, quod Nos de memoratorum Cardinalium consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine supradictum Librum sub supra expresso, aliove quocumque titulo, ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione hucusque impressum, aut in posterum, quod absit, imprimendum, tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ac legi, seu retineri prohibemus, ipsiusque Libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis, etiam specificis, & individua mentione dignis, sub pena Excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam (præterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente) nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino interdiciamus.

§. 3. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque Librum huiusmodi penes se habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, illum statim, atque præsentem literæ eis innouerint, Locorum Ordinariis, vel Hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur; hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 4. Ut autem præsentem literæ omnibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus & auctoritate prædicta decernimus illas ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curie Generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; sic vero publicatas omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent; ipsarum autem literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis & Sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eandem prorsus fidem tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris XXVI. Januarii MDCCXL, Pontificatus Nostri An. X.

D. Card. Passioneus.

Et fidelium
conortio eli-
minatur.

Locorum Or-
dinaris,
flammisque
tradendus.

Harum Lite-
rarum tran-
sumptis dan-
da fides.

Dat. die 26.
Januar. 1740.
An. X.

Dam-